



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ludouicus XIV. n. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

sub Sacram Synaxim religiosi conceptis, se Deo in perpetuum consecrarunt ad maiorem Dei Gloriam. Sic refertur apud P. Daniel. Bartoli in *vita*, & *Instit. B. Jgnat. lib. 1. pag. 176.*

Et Univer-
sitatem ab
Hæreticis
ablatam
tradit Rex
Christia-
nissimus.

10. * A LUDOVICO XIV. Paterni amoris erga Societatem æmulo, qui cum Hugonotistæ Sectarij in Civitate de Montaluan Universtatem cum Templo struxissent, in qua publicè non modico Catholicorum Regni scandalo, hæretica doctrina docebatur; precibus Serenissimæ Reginæ D. Mariæ Terefiæ Austriacæ uxoris suæ, & Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici dignissimæ Sobolis, civitatis Prætozem Hæreticos ex univertate, quam occupabant, expellere præcepit, eamque Societatis curæ tradere, ut ibi Deo debitus cultus redderetur, Sanctorum imagines colerentur, & artium, ac Theologiæ studia in Sectariorum perniciem Catholicis traderentur: Sed cum multi Hæretici urbem illam incolerent huic decreto resistere. Christianissimus tamen Rex collecto exercitu eos armis subegit, maiorisque noxa reos plecti, & relatam Universtatem Societati nostræ tradi iussit. Ita in *Relat. edit. Hispal. ann. 1662.* Quod amoris in Societatem signum ab utroque coniuge Christianissimo sui Regni in itijs editum, maiora benevolentia pignora nos iubet in dies sperare.

A R E G I B V S L V S I T A N I Æ.

Regis Lu-
sitani in
Societatem
Studium.

Quam se-
rotam suis
expensis su-
stentatur
aiebat.

11. A IOANNE III. Qui mirificè erga novum hunc Ordinem afficiebatur: Collegiorumque in instituenda iuventute Consilium probabat quàm maximè: idemque ingens aliquod eiusmodi Collegium recipiendis SOCIETATIS alumnis, quod Evangelicorum non in Lusitania modò, verum etiam in India totâ Seminarium foret, moliebatur, disertè Petro Mascarenia professus, Se quidem univertos de SOCIETATE in suo Regno quacumque impensâ libenter habiturum. Quæ quo propensius fierent, ad litteras Apostolicas